

# Commentarium Tertium in ‘Sibi Scribere’

Kiioakius AKAI

## 1 Praemissa

Proderit plurimum huic articulo meo correlaria praeambularia ex factis seu exemplis ridiculis quae professores exhibuerunt.

In delectis inquirendibus de gradu doctoris magistrique, decanus facultatis litterarum legit in ordinem titulos dissertationum praesentium quas studentes tradiderunt. In congruione prima<sup>1</sup>, decanus legit perperam ‘Setsudaijōron’ pro ‘Shōdaijōron’, et per errorem ‘ten-i’ pro ‘ten-ne’, quae sunt nomina propria Buddhismi Japonici. In congruione secunda<sup>2</sup>, idem decanus redintegravit eandem errorem.

In congruione tertia<sup>3</sup>, aliqui professor interrogavit aliam magistram de signo prolotionis teutonico, quod differt inter linguas anglicam, teutonicam, etc. Ignorantia de lingua teutonica fecit hunc professorem quaerer aliquam magistram de signo prolotionis teutonico. Eruditio hujus professoris non aequa est ad illam propriam professoris qui docet historiam occidentalem.

Ea quae hoc articulum me scribere coegerunt, sunt haec facta quae acciderunt bis seu ter in conventu iudicii gradus doctoris magistrique. Cum alia dicta professorum indocta in congruione habemus, ea hic ostendere possumus. Sed omitemus ea praeter ea quibus opus est ad explicandum ignorantiam professorum.

Quia falsum opinari, ignorantis est; falsum impudenter asserere, ignorantis pariter et superbi. [Petrarca, *Secretum*, III, 4.9, p. 164, ed. N. Mann]

Horum vero hominum cor praesertim in omnem errorem proclive, pravisque cupiditatibus refertum, hisque addictum et adversus veritatem contumax.

Τὸ ὠδὶ ἔχοντας ταῦτα ποιεῖν. [Aristoteles, *Ethica Nicomachea*, V, 9(13), 1137a8–9]

sic se habentes haec facere.

seu

Τὸ ὠδὶ ἔχοντα ταῦτα ποιεῖν. [Aristoteles, *Ethica Nicomachea*, V, 9(13), 1137a23]

sic se habentem haec facere.

In hoc loco, ‘se habere’ seu ‘se habens’ significat ‘habitum’. Impossibile est hunc habitum vero commutare vel meliorem facere. Habitus vero horum hominum videtur constare ex negligentia seu incuria in re quae non proprium subjectum his hominibus. Talis habitus est infestus periculosusque saltem hominibus qui philosophantur. Philosophia enim debet tractare indifferenter de omnibus subjectis quae praesentata sunt, quamvis subjecta praesentata non essent negotia hominibus qui philosophiam profitentur, in quo philosophia differt ab ethica. Negotium enim philosophiae ostendit Aristoteles de dialectica qua utentur philosophi in Primo *Topicorum*.

<sup>1</sup>a.d. III Non. Sept., MMXVI(2016/9/2).

<sup>2</sup>a.d. XIV Kalendas Januarias, MMXVI(2016/12/19).

<sup>3</sup>a.d. XV Kalendas Martias, MMXVII(2017/2/15).

‘Ἡ μὲν πρόθεσις τῆς πραγματείας μέθοδον εὐρεῖν ἀφ’ ἧς δυνησόμεθα συλλογίζεσθαι περὶ παντὸς τοῦ προτεθέντος προβλήματος ἐξ ἐνδόξων, καὶ αὐτοὶ λόγον ὑπέχοντες μὴθὲν ἐροῦμεν ὑπενατίον. [Aristoteles, *Topica*, I, 1, 100a18–21]

Propositum quidem negotii est methodum invenire per quam poterimus syllogizare de omni proposito problemate ex probabilibus, et ipsi disputationem sustinentes, nihil dicemus repugnans. [interpretatio Boethii, *PL*, LXIV, 909D]

Si igitur tractare de omnibus subjectis est officium philosophorum, quaerendum est nobis quid est officium philosophiae. Commemoratio vero sequens admonet nos de problematibus philosophicis.

Et laus illa, quae a Cicerone Socrati tribuitur<sup>4</sup>, quod philosophiam de coelo detraxerit, et in vivam domosque hominum introduxerit, vel parvi habenda, vel ita interpretanda erit, ut philosophiam de vita et domibus hominum bene mereri non posse dicamus, nisi a coelo descendat, omneque operam in eo ponendam esse, ut in coelum evehatur. [G. W. F. Hegel, *Dissertatio Philosophica de Orbitis Planetarum*, ed. Lasson, S. 348.]

Secundum opinionem hujus Teutonici, philosophia debet tractare et de caelo et de vita et domibus hominum, quia haec omnia sunt subjecta philosophiae. Considerando autem de relatione inter aliquid facere et aliquid ignorare, possumus recordari alicujus libri quem scripsit Hindemith de musico magno teutonico<sup>5</sup>.

## 2 Oppositum ad Melancholiam Facultatis

De arte musica, P. Hindemith commemorat paulum facere aliquem musicum magnum teutonicum propter ingenium seu facultatem.

Dieses Tun selbst ist so unabhängig von alldem geworden wie die Sonne von dem Leben, das ihre Strahlen hervorbringen. So unabhängig, dass es zuletzt nicht einmal mehr der Darstellung im Kunstwerk bedarf, um dazusein. Es ist Gedanke geworden, ist entleidet aller Zufälle und Gebrechen der Gestaltwerdung, und der so hoch Gestiegene ist nach der Überwindung des Materiellen zum Gedanken allein vorgedrungen. [P. Hindemith, *Johann Sebastian Bach, Ein verpflichtendes Erbe*, S. 41.]

Hunc vero statum facultatis seu potestatis componendi musicam nominat Hindemith ‘melancholiam facultatis(eine Melancholie des Vermögens<sup>6</sup>)’ quae est non ignorantia sed aliqua facultas quae omnia subjecta seu mundum universum intelligere potest in modo musico. Homines vero, qui philosophiam profitentur, idem faciunt in modo logico, id est, tractant de omnibus problematibus quae praesentata sunt.

Quorum problematum difficultatem homines, qui in sellis philosophiae sunt sed ethicam profitentur, enodare temptarunt, sed nodo potius nodum addiderunt. Quid enim possint solvere qui methodum non habent, hoc est qui methodo non ethicae sed philosophiae carent? Sed de omnibus problematibus tractare potest methodus philosophiae, ut N. Cusanus dicit.

<sup>4</sup>Cicero, *Tusculanae Disputationes*, V, 4, 10.

<sup>5</sup>id est, Johann Sebastian Bach.

<sup>6</sup>P. Hindemith, *Johann Sebastian Bach, Ein verpflichtendes Erbe*, S. 39.

Praestabunt enim quandam facilitatem ad infinita similia, quae pari arte elici poterunt, et dicenda facient clariora. [Cusanus, *De docta ignorantia*, II, cap. I, S. 61, ed. Hoffmann et Klibansky]

Methodus enim philosophiae instruit philosophos tribus elementis.

Non potest enim contractio est sine contrahibili, contrahente et nexu, qui per commnem aetum utrisque perficitur. [Cusanus, *De docta ignorantia*, II, cap. 7, S. 82, ed. Hoffmann et Klibansky]

Et quod esse majus testimonium cursus philosophiae iniquitatis potest, quam plerique et diligentes et quibus philosophiae status summo et splendori esse debuit et honori, ad hoc tamen philosophiae iniquitatis crudelitate complusi sunt, ut nolint esse studentes philosophiae?

### 3 Praescriptio

Quas vero putamus simias, homines qui in sellis philosophiae sunt sed ethicam profitentur, quas confusiones, quos cruciatus sustinere et perpeti, cum se pro simiis haberi conspiciant? Et postea beatos semper se ac beatissimos jactant quibus nihil est infelicius.

Ut statim se examinare debeant homines, quid erraverint aut peccaverint, si multitudo consentiat et complaudat. [Phocion, apud F. Bacon, *Novum Organum*, Lib. I, 77, p. 271.]

Homines qui in sellis philosophiae sunt sed ethicam profitentur, per tempora haec, philosophiam et alias scientias potius contriverunt numerosis taretibus et translationibus, quam pondus earum auxerunt.

A sellis philosophiae, oportet ablegare homines qui, carentes disciplina linguae Graecae Latinaeque et scientia logica, docent philosophiam sed student ethicis, et eos ponere in sellis ethicorum. Rursus in sellis philosophiae necesse est adoptare homines qui linguam Graecam Latinamque et logicam profitentur, quia homines tantum, qui itas profitentur, philosophiam recte docere possunt.

### 4 Conclusio

Non adulari omnibus sed monstrare ignorantiam hominum, qui faciunt dicta ridicula, est philosophi, qui est conscius se ignorans esse.

Supra igitur nostram apprehensionem in quadam ignorantia nos doctos esse convenit, ut — praecisionem veritatis uti est non capientes — ad hoc saltem ducamur, ut ipsam esse videamus, quam nunc comprehendere non valemus. [Cusanus, *De docta ignorantia*, II, Prologus, S. 59, ed. Hoffmann et Klibansky]

Ex quo cernitur quanto sit preclarius animi gaudium quam corporis in cognitione philosophica. Ad cujus gaudii quod animo percipitur spem magis docti quam indocti incendi solet. Cusanus enim addit dictum sequens.

Si ea, quae in praemissis nobis per doctam ignorantiam manifestata sunt, subtili consideratione extenderimus, ex hoc tantum, quod omnia absolutum maximum esse aut ab eo esse scimus, de mundo seu universo, quod maximum contractum tantum esserdo, multa nobis patere poterunt. [Cusanus, *De docta ignorantia*, II, 4, SS. 72–3, ed. Hoffmann et Klibansky]

Si sic est, spem, ut Hilarius dicit, habere possumus, quando aliquem methodum philosophiae habemus.

Haec credendo, incipe, procure, persiste: etsi non perventurum sciam, gratulabor tamen profecturum. Qui enim pie infinita prosequitur, etsi non contingat aliquando, semper tamen proficient prodeundo. [Hilarii, *De Trinitate*, II, 10, PL, 10, 58C–59A, apud Thomae Aquinatis *S. C. G.*, I, 8, Marietti, 50, p. 12.]

Quando methodum philosophiae, id est, logicam, habemus, philosophari possumus. Plato igitur monet nos exercitationis philosophiae.

Τὸ γοῦν νῦν ἀμάρτημα, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ἡ ἀτιμία φιλοσοφία διὰ ταῦτα προσπέπτωκεν, ὃ καὶ πρότερον εἶπομεν, ὅτι οὐ κατ' ἀξίαν αὐτῆς ἀπτονται· οὐ γὰρ νόθους ἔδει ἀπτεσθαι, ἀλλὰ γνησίους. [Plato, *Respublica*, VII, 535C5-8]<sup>7</sup>

ex quo quippe errore, ut supra dicebam, advesus philosophiam oborta est infamia, quod non pro dignitate ipsam attingunt. Neque enim a spuriis, sed legitimis est attractanda. [juxta interpretationem Ficini]

Circa igitur humanitatem seu scientiam quae in facultate litterarum tractanda est, extendo philosophiam ad humanitatem et scientiam, Plato fortasse dicet, ‘ex quo quippe errore, ut supra dicebam, advesus humanitatem scientiamque oborta est infamia, quod non pro dignitate ipsam attingunt. Neque enim a spuriis, sed legitimis est attractanda.’

Corrigendum ad ‘Commentarium Primum in ‘Sibi Scribere’”(2015.3.25.)<sup>8</sup>: pag. 2, lin. 7, ‘aliquod’ pro ‘akiquod’.

## Bibliographia

- Akai, K. (赤井清晃), 2015. ‘Commentarium Primum in ‘Sibi Scribere’’, 『比較論理学研究』, 12, 1–6.
- Aristoteles. 1894. *Aristotelis Ethica Nicomachea*, recognovit brevique adnotatione instruxit I. Bywater, Oxford: Oxford University Press.
- Bacon, F. 1889. *Bacon's Novum Organum*, edited with Introduction, Notes, etc., by Thomas Fowler, 2nd ed., Oxford.
- Boethius, 1847. *Interpretatio Topicorum Aristotelis*, in *Patrologiae Latinae Tomus LXIV*, ed. J.-P. Migne, Turnhout : Brepols.
- Cicero, 1927. *Cicero, Tusculan Disputations*, Translated by J. E. King, London/Cambridge, Massachusetts : Heinemann/Harvard University Press.
- Cusanus, 1932. *Nicolai de Cusa, Opera Omnia, I, De Docta Ignorantia*, ed. E. Hoffmann et R. Klibansky, Lipsiae: Meiner.
- Hegel, G. W. F. 1928. *Dissertatio Philosophica de Orbitis Plabetarum(MDCCCI)*, in *Sämtliche Werke*, herausgegeben von Georg Lasson, Band I: Erste Druckschriften. Leipzig: Felix Meiner.
- Hindemith, P. 1953. *Johann Sebastian Bach, Ein verpflichtendes Erbe*, Insel-Bücherei Nr. 575, Frankfurt am Main: Insel.

<sup>7</sup>Hic textus jam commemoratus est: K. Akai (赤井清晃), 2015. ‘Commentarium Primum in ‘Sibi Scribere’’, 『比較論理学研究』, 12, p. 2.

<sup>8</sup>K. Akai (赤井清晃), 2015. ‘Commentarium Primum in ‘Sibi Scribere’’, 『比較論理学研究』, 12, pp. 1–6.

- Petrarca, 2016. *Francesco Petrarca, My Secret Book(De Secretario Conflictu Curarum Mearum)*, Edited and Translated by Nicholas Mann, London/Cambridge, Massachusetts : Harvard University Press.
- Plato, 1876. *Platonis Dialogolatine juxta Interpretationem Ficini aliorumque*, Vol. XI, Londoni: Ricardi Priestley.
- Plato, 1902. *Respublica, Platonis Opera*, IV, J. Burnet, Oxford: Oxford University Press.
- Thomas Aquinas. 1961. *S. Thomae Aquinatis Liber de Veritate Catholicae Fidei contra errores Infidelium seu Summa contra Gentiles*, II, Torino/Roma: Marietti.

(AKAI, Kiyooki, Univerisitas Hiroshimaensis [Philosophia])

## Commentarium Tertium in ‘Sibi Scribere’

Kiioakius AKAI

Ea quae hoc articulum me scribere coegerunt, sunt haec facta quae acciderunt bis seu ter in conventu iudicii gradus doctoris magistrisque. Facta vero hujusmodi in omnibus areis incidere possunt.

Philosophia enim debet tractare indifferenter de omnibus subjectis quae praesentata sunt. De omnibus problematibus tractare potest methodus philosophiae. Sed, homines, qui studentes ethicam, docent philosophiam, de rebus omnibus tractare non possunt.

A sellis philosophiae, oportet ablegare homines qui, carentes disciplina linguae Graecae Latinaeque et scientia logica, docent philosophiam sed student ethicis, et eos ponere in sellis ethicorum. Rursus in sellis philosophiae necesse est adoptare homines qui linguam Graecam Latinamque et logicam profitentur, quia homines tantum, qui itas profitentur, philosophiam recte docere possunt.